tertius iudeos ut uniuersi perirent. Valet ad nequitiam ex
stirpandam. Quod uitas in euangelio dicitur. Hoc genus demoniorum non
eicitur nisi oratione et ieiunio. Lunaticus enim ille stridebat spu
mabat et arescebat. Stridebat per iracundiam spumabat
per luxuriam et arescebat per ignorantiam. Quare spiritus iracundie
spiritus luxurie et spiritus ignauie per orationem et ieiunium expelluntur.
5 Valet ad mundiciam retinendam. Quod daniel et tres pueri
proposuerunt non pollui de mensa regis neque de uino potus ipsius
et rogauerunt principem eunuchorum ne contaminarentur. Come
deruntque legumina et biberunt aquam et apparuerunt uultus eorum
6 meliores. Valet ad ignorantiam expellendam. Quod paulus
fuit in confusione tribus diebus et tribus noctibus non uidens non
manducans neque bibens. In quo tempore creditur euangelium a christo
ipso didicisse. Unde testatur se fuisse theodoctum. dicens nec
ab homine illud accepi nec didici sed per reuelationem ihesu christi.
7 Valet ad uictoriam consequendam. Ut cum cetere tribus pugnarent ad
uersus beniamin propter uxorem leuite quam subcubuerunt in prelio do
nec post acto ieiunio preualerent tribum illam fere penitus deleuerunt.
8 Valet ad gratiam obtinendam. Quia spiritus sanctus in die penthecostes super
apostolos ieiunos descendit. Apostolo petro testante non sunt ebrii hii
cum non sit hora diei tercia. De quo loquitur certe ex sacris scripturis singulas
uirtutes ieiunii enumerare illud potissimum attestamur quod preceptum
temporale menti eterni conuiuii iungit quod uitas ait beati qui
esuriunt quia saturabuntur. Comedimus et bibemus super mensam eius in regno
suo si sic aliquis ieiunet in mente aliter non modicum valet
ieiunium. Sic dominus iudeis imperat ait. Cum per xx annos ieiu
natis numquid ieiunium ieiunastis mihi. Et alibi. Neomenias
uestras et ieiunia uestra odiuit anima mea et iterum. Ecce ad lites
et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie et omnes debito
res uestros repetitis et cetera. Magnum igitur et salutare ieiunium est